



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Caput IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

Verùm, an non hoc unicum ad ardens orationis desiderium in nobis concitandum incitamentum sufficiat, considerare videlicet, quantum bonum sit loqui ipsi Deo? Quod si gratia ista nobis non nisi semel quorannis indulgeretur; O quanto cum desiderio tempus illud fortunatissimum expectaremus? Quod si igitur Deus erga nos est adeo benignus, misericors, ac liberalis, ut omni nobis hora, omni momento atque omni loco liberum ad se concedat accessum, nunquid hæc illius facilitas, indulgentia, ac bonitas nos tepidos, negligentes ac languidos, & non potius devotos ac ferventes reddat oportet? Secundo oportet ad orationem confugere, sive accedere forti cum proposito illam nequaquam dimittendi, quantumcumque in illa difficultatis reperiamus ac laboris: Verùm potius in illa constanter ad finem usque persistendi. Et licet quandoque accideret, ut aliud facere omnino nihil possemus, quàm quod oculis in crucifixum subinde coniectis interius diceremus: *Pro tua amore ô Domine Jesu hic existo*, vel ex hoc ipso fructum non modicum reportaremus.

*Fortiter
oportet
proponere
ab oratione
non desistere,
quantumcumque
quis experiat
difficultatem.*

CAPUT IV.

De ingressu orationis.

Supponendum est primo cum omnibus spiritualis vitæ magistris id quod confirmat experientia, tempus videlicet, locum & corporis situm multum conducere ad orationem mentalem.

Tertio.

Quod
tempus ad
orandum
sit oppor-
tunius.

Tempus nocturnum videtur esse opportu-
nissimum atque accommodatissimum, eo
quod animus tunc denudatus est ab omnibus
rerum visibilium speciebus ac figuris, obscu-
ritas ipsa cum universæ naturæ silentio nos in
Deum efferre videtur. Quæ causa fuit, cur
Servator noster sæpissimè in montibus in ora-
tione pernoctabat, non quod ipse subsidio
hoc indigeret exteriori, sed quo nobis exem-
plo præiret. Eapropter ferventes Novitii
crebrius obtinere solent licentiam aliquantum
temporis post matutinas horas in choro de-
cantatas huic sancto exercitio impendendi,
quin & sæpius per ipsum diem noctem sibi-
metipsis quasi artificialem comparant, cellu-
larum suarum fenestras obstruendo, atque ita
in obscuro cum Deo de salute animarum sua-
rum pertractant.

Tempus matutinum similiter imprimis est
orationi faciendæ aptum, eo quod illo spiri-
tus sit omnino tranquillus ac quietus, atque
ad hoc, ut cuicumque rei absque magna diffi-
cultate applicetur, dispositus. Idcirco scri-
ptura ait: *Quod justus cor suum tradet ad
vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit
illum & in conspectu Altissimi deprecabitur.*

Eccli. 39.

6.

Eccli. 18.

22.

*Magno si-
lentio opus
est in loco
orationis.*

Verùm bonus Religiosus, ut jam insinuavi-
mus, omni tempore esse debet ad orandum
paratus, juxta illud Sapientis consilium: *Ne
impediaris orare semper.* At enim quocum-
que tempore aut loco fiat oratio, sive in pu-
blico, sive in privato, omnino exactum in lo-
co, ubi fit, & circa illum fervetur silentium
oportet. Eam ob causam omnino attenden-
dum

dum

dum est, ut omnes in loco orationi destinato ante illius Inchoationem sint præsentés, ne qui forte tardius accedentes aperiendo & claudendo januas orantes perturbent. Eandem etiam ob causam Janitori veritum est, ullum Religiosum, hoc sancto durante exercitio, evocare, idque non solum quia æquum non est, Religiosum à conversatione, quam habet cum Deo, retrahere, nisi ad exercendum actum charitatis omnino necessarium, quique procrastinationem non patiatur; verum etiam ne alii orantes distrahantur. Non enim res levis est considerationis interturbare sanctas illas delicias, quas experitur anima, quæ loquitur Deo, & ipsemet hac super te ait: *Adjuro vos, filia Jerusalem, ne suscitatis, neq; evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit*: quasi diceret: adjuro vos, filia Jerusalem, ne ullam animarum mihi dilectarum suscitatis aut evigilare faciatis à somno suo spirituali atque interiori, donec consolationibus meis fuerint repletæ atque exsatiatæ. Eandem denique ob causam Fratribus nostris præcipitur id, quod à sanctis nostris antiquis Patribus, Cassiano teste, sanctissimè practicum semper fuit; ut videlicet, quantum quidem possibile fuerit, caveant tussire, excreare aut etiam suspiria ducere, quæ audiri queant; ne forte suo strepitu ac murmure alios orantes interturbent, atque ita nihil debet omitti eorum, quæ conducant ad ritè faciendam orationem, cui alia concedant omnia necesse est, cum ipsa sit cibus & vita animæ nostræ, sine qua neque Religiosus, neq; ipsa Religio subsistere ullo modo queat.

Cant. 3. 5.

C

Quan-

*Vitanda
est immo-
destia &
corporis
mollitia.*

Quantum ad *situm corporis*, ille plenus respectu, pietate, gravitate ac reverentia sit oportet. Nunquam igitur, nisi manifesta & à superiore approbata infirmitate cogente, sedendum est, sed semper aut genuflectendum, aut erecto ac nullibi inclinato corpore standum, nisi forte quis modicè & modestè sedilibus innitatur, absque eo quod huc illuc, cum manifesto inquietudinis indicio, se vertat ac moveat. Uno verbo, ita in omnibus quivis se gerat, ut nulla immodestiae, acediae aut irreverentiae signa edat. De S. Martino legitur, quod orationis tempore in Ecclesia semper stabat erectus, orationemque peragebat facie pallida, totoque corpore contremiscente, cujus rei causam rogatus, annon, respondit, meritò magnà cum reverentia, timore ac tremore assistam in conspectu Dei Creatoris ac Judicis mei?

*Non sunt
nimium
quarenda
commo-
ditates.*

Potissimum verò Fratres nostri advertant, ne orationis tempore commoditatem suam nimium quærant, experientia enim comprobante didicimus, eos qui suæ commoditati plus æquo student, parùm omnino in hoc sancto exercitio proficere, omninoque vivam Dei præsentiam non sentire. Nihilominus ubi in privato in cellulis suis orationi vacaverint, in humili quodam loco, ut E. g. in oratorii seu genuflexorii sui pede seu inferiore scabello confidere poterunt, ubi se, postquam aliquamdiu genuflexi perstiterint, lassos nimium aut fatigatos animadverterint.

*Quorundam
con-
ventuum
superiores
ordinant,*

Horà ergo orationi præscriptà adveniente ferventes ad chorum aut alium à Superiore assignatum locum convolabunt, illumque sibi repræ-

præ-

præsentabunt quasi cœlestem quendam paradisum, aut quasi mysticum illud Salomonis templum, quod Deus nube lucida Majestatis gloriæ suæ replebat, omninoque sibi persuadent, ac firmiter credent, divinam Majestatem totâ cœlesti suâ curiâ circumfusam, ibi reverâ præsentem existere, ut preces eorum exaudiat, illorumq; necessitatibus subveniat. Voce devota recitabunt antiphonam *Veni sancte Spiritus*, corde simul & ore humiliter postulantes divinam Spiritus S. assistentiam, cujus unius ope se spirituales evasuros credant; Sicut in festo Pentecostes S. Mater Ecclesia canit: *Tu aspirando das se rituales esse homines.* Deinde signo crucis se communient, & capite aliquantisper discooperto, deinde cooperto, oculis demissis, ut omnem evitent distractionem, intra se ipsos se recolligent, quanto melius poterunt, & animum suum conabuntur serenare ac tranquillare, illum omnibus ab hoc sacro exercitio alienis exuentes cogitationibus, curis ac sollicitudinibus, aliquas etiam hunc in finem recitando preces vocales, ut exempli gratia, aliquam devotam oratiunculam aut aliquem psalmum, si hac ratione se juvari animadvertierint, ut pluribus evenire consuevit.

Tria que facere oportet priusquam meditationem quis incipiat.

TRia omninò antequam meditationem ipsam quis aggrediatur, faciat oportet. Primum est, ut se constituat in præsentia Dei. Secundum, ut brevem faciat conscientie suæ discussionem. Tertium, ut se profundè coram Deo humiliet, voluntatemq; suam agnoscat.

C 2

ut oratio fiat in oratorio aut alio loco devotiori ac secretiori, quia Fratrum devotio turbari posset ex strepitu, qui fit in plateis, aut etiâ in ipsa Ecclesia maximè festivis diebus post vesperas. In prosa missa. Aliqui non sine magno commodo oculos in aliqua devota imagine designant, quod cum consilio p. Magistri fieri poterit.

Quomodo se in præsentia Dei orationis initio collocare quis debeat.

Pri-

debeat.

Primò igitur Fratres nostri cor suum ele-
bunt ad Deum affectu quodam suavi, humili
& pleno reverentia, illius sibi Majestatem,
pro materiæ, quam meditationi præfixerint,
exigentia repræsentantes: Si etenim materia
illa est imaginationi subjecta, ut v. g. si medi-
taturi sint de rigida peccatorum in inferno ca-
stigatione, Deum sibi repræsentare poterunt
velut Regem contra rebelles subditos suos ir-
ritatum, aut veluti exactum, severum ac rigo-
rosum Judicem; si è contrario meditaturi sine
gloriam sanctorum; illum sibi repræsentare
poterunt, magna cum Majestate, throno lucis
undique radiis circumfuso insidententem,
quem Angeli venerentur, omnesque sancti ac
beati circumstantes adorent, atque ita de aliis
materiis.

Verùm si materiam meditaturi sunt purè
intellectualem, ut v. g. de amore Dei erga ho-
mines, satis erit allaborare, ut illius aliquam
concipiant purè similiter intellectualem ide-
am, quauquam non desint, qui, non sine ma-
gno adjumento, in quibusvis materiis sensibi-
lem aliquam Dei repræsentationem sibi met ef-
formare contendant. E. g. in materia supra-
dicta de amore Dei illum sibi repræsentant ut
patrem filiorum suorum amantissimum, qui,
illis ut omnis generis bona procuret, incessanter
allaboret; aut veluti Medicum charitate ple-
num, qui omnibus illorum infirmitatibus com-
patiatur, & peccata illorum patienter toleret;
illisq; medeatur, aut veluti clementissimum ac
liberalissimum Regem, qui nunquam ita læta-
tur, atq; ubi è subjectis suis alicui benefecerit.

Cayen-

Cavendum attamen est, ne istæ repræsentationes, sive intellectuales sint, sive imaginariæ, sint violentæ, affectatæ, aut nimium vivæ, sed suaves, moderatæ, affectivæ & sensibus constringendis, animoque in timore ac reverentia continendo (qui unicus illarum finis esse debet) sufficientes. Tametsi autem raro evenire soleat, ut sensum quis formet de Deo pure intellectualem, absque eo, quod concurrat imaginatio, quæ statim suas sibi recolligens species sibi met efformat imaginem illorum, quæ intellectus considerat, attamen & hoc utilissimum est, iis potissimum, qui orationis exercitium non ita pridem inchoarunt, ut Dei præsentiam sibi efforment sensibilem & imaginariam, ista enim multo efficacior est ad inferiores potentias in officio suo continendas. Atque ut omne evitetur fastidium, quod ex eo oriri posset, si quis eundem semper modum observaret, potest ista repræsentatio secundum interiores, quas in seipso quis experitur, dispositiones variari: Cum etenim bona oratio spiritus divini potius, quam humani, sit opus, illi multum obediendum est, interiores illas, quas ipse in nobis ordinat, dispositiones sequendo.

Quod si cui forte sufficeret ad se continendum, cogitare se esse coram Deo, & velle ob illius amorem orare, absque eo quod aliam de præsentia divina apprehensionem facere facile posset, ille ibi subsistet, neque ulteriora tentabit.

Alterum, quod facere hic debent Fratres nostri, est, ut brevem instituant conscientiam

C 3

su.

*Secundum
quod initio
orationis*

*Ista Dei
repræsen-
tatio nec
est necessa-
ria, nisi us
animam
recolletit,
& in ma-
gno erga
Deum re-
spectu hoc
modo con-
tineamus.*

faciendū
occurrit.

Iustus
prior ac-
cusator
est sui.
Prov. 18.
v. 17.

Tertium
quod ora-
tionis ini-
tium fieri
debet.

Ecclesi. 35
v. 21.

Quomodo
eliciendus
sit actus
humilita-
tis.

sua discussionem, ut si forte ab ultima oratione admisissent culpam aliquam voluntariam, aut aliquo modo notabilem, quæ illos divino alloquio indigno reddere posset, illius à Deo veniam quam humillimè deprecantur. Primum enim, quod in oratione, Scripturâ docente, iustus facere debet, est accusare seipsum: atque id ipsum solummodo faciebat Publicanus ille Evangelicus multorum se criminum reum agnoscens, & ecce regressus est justificatus. Verùm scrupulosiores hanc discussionem obiter percurrent, neque illam, nisi generaliter ac succinctè, instituent, ne forte se exponant motibus turbationum, quas in illis scrupulosa illorum conscientia posset excitare. Illis ergo sufficiet, si in generali à Deo, magnâ cum humilitate, delictorum suorum veniam petant.

Deinde elicient actum humilitatis, profundissimæque sui coram Deo, cui loqui desiderant, abjectionis atque annihilationis, quia oratio humiliantis se, Scripturâ teste, penetrat nubes. Eo fine considerare poterunt, quantum Deus sit in seipso gloriosus, quantâ cum reverentia illum omnes beati spiritus adorant, & qualiter omnis terra coram ipso non sit nisi minima aquæ guttula, atque omnis illa creaturarum, quas cæli imensa vastitas ambit, multitudo in conspectu illius multo sit minus quid quàm formica. Quid ergo in illius conspectu erit unus homo, qui in mundi totius comparatione minus est atomo in aëre volanti? Et hic nihilominus homo tam vilis tam abjectus audet comparere coram Deo suo atque illius

al-

altissimæ ac incomprehensibili loqui Majestati ? Hæc consideratio animum continere debet in magna reverentia & attentione coram Deo.

Tandem illi offerent istam orationem magno cum desiderio faciendi illam purè & unicè ad majorem suã gloriam, atq; ut illius beneficio obtineant sui ipsorum reformationem, omnem aliam intentionem abjicientes, detestantes etiam ex tunc omnes distractiones, quæ illis contra suam voluntatem evenient, atque illum toto animo orantes, ut illis assistat, atque eos sancti Spiritus gratiã dirigat & gubernet. Hæc omnia, hoc vel simili modo facere poterunt.

Directio ante orationem.

O Deus infinitæ Majestatis, ecce ego miser & infelix peccator, omni contemptu dignus, & qui multò ampliùs mererer à conspectu divinæ Majestatis tuæ in perpetuum arceri, quàm ad tuum alloquium admitti, ad te tamen accedere audeo, tuæq; infinitæ Majestati loqui præsumo. Adoro te, ô Rex Regum, meque in conspectu divinæ Majestatis tuæ, eã, qua mihi possibile est, reverentiã & humilitate prosterno: doleo ex toto corde meo de omnibus meis infidelitatibus & peccatis, & præcipuè tali ac tali, pro quibus jure timeo, ne in præsentia te rejiciat ac repellat. Illa mihi, Clementissime Domine, per infinitam misericordiam tuam te rogo, ignosce: promitto tibi fore ut imposte magis ad me ipsum attendam, & gratias tuas ac secretas inspirationes fidelius observem.

40 DE INGRESSU ORATIONIS:

Offero tibi hanc orationem, quam facere desidero ad majorem gloriam tuam atque ad salutem animæ meæ, & coram te protestor, me alium nolle finem, atque ex nunc omnibus distractionibus, quæ mihi evenire poterunt, renuncio; illasque ex animo detestor. Reple memoriam meam cogitationibus sanctis, intellectum meum cœlesti tuo lumine illustra, & voluntatem meam amoris tui igne inflamma, ut hinc recedam totus in alium mutatus atque omnino ad tibi multò amplius, quam hæcenus unquam fecerim, serviendum resolutus. Hanc à te gratiam peto per merita Salvatoris ac Domini mei Jesu Christi, & per intercessionem illius sanctissimæ matris Mariæ.

Poterit hæc directio diversis modis variari, ne, si eodem semper modo fiat, tædium aut fastidium generet. Eapropter illam quis poterit aliquando amplificare, alias restringere secundum varias animi dispositiones

Omnino enim expediens erit, maximè pro incipientibus, ut tempus notabile istis exercitiis præparatoriis impendant, ut illorum præxin promptiorem & faciliorem acquirant; imo non abs te erit, illis solis aliquando potissimam horæ orationi destinatæ partem insumere, usque dum mediocrem saltem illa practicandi habitum quis acquisierit.

Quando quis animam suam tranquillum non potest, patienter illi coram Deo consistendum est.

Quod si Fratribus nostris hæc omnia pro voto non succedant, ita ut, posteaquam omnia supradicta monita & consilia exactè secuti fuerint, omnemque diligentiam & conatum adhibuerint, ut se bene ad orationem disponerent, atque animos suos recolligerent, nihil

atta-

attamen aut parùm profecerint, non propterea statim animum despondebunt, aut à cœpto desistent: quin potius hanc suam spirituales inopiam ac desolationem cum plena & perfecta resignatione pati ac tolerare studebunt, certò sperantes fore, ut Deus, visâ hac illorum fidelitate & constantia, omnes istas difficultates amoliat,ur.

CAPUT V.

De Meditatione.

POST præparationem statim sequitur meditatio; & sicut illius finis fuit, ut animus sese recolligeret, atque ad Deo loquendum disponeret, ita istius finis esse debet affectus excitare voluntatis, ut ipsa se resolvat ad ea, quæ intellectus perspexerit, ac de quibus convictus fuerit, executioni mandanda. Ut autem facilius intelligatur, quomodo in ipsa se quis meditatione habere debeat, primò exponemus, quid sit meditari. Secundò quænam ad bene meditandum sint necessariæ conditiones, ac demum quinam in meditatione defectus committi ordinariè soleant.

Quid sit Meditatio.

Meditari est rem quampiam attentè considerare. Est penetrare, explicare & animo non minus quieto ac tranquillo, quam attentò & vigilantî minutatim examinare ea omnia, quæ in re quampiam quasi involuta delitescunt, ut inde fructus aliquis spiritualis eliciatur.

*Definitio
meditationis
Meditari
est quasi
per mediam
resire.*